


65 1

746623

65  
746623



# T E N T A M E N E T H I C U M,

Q U O D

I N A U L A A C A D E M I C A A R C H I D U C A L I S  
S O C I E T A T I S J E S U C O L L E G I I L A B A C I

A n n o M. D C C. L X X I I .

1772

E X P R A E L E C T I O N I B U S

R. P. G R E G O R I I S C H Ö T T L  
e S. J. Phil. Prof. Publ. & Ord.

S U B I B U N T

I l l u s t r i s s. ac Perdoct. D. C A J E T A N U S S. R. I.  
C o m e s a b A U E R S P E R G, Carn. Mocricensis  
e Sem. S. J.

R e v. ac Perdoct. D. B A R T H. J E N K O , Carn.  
Locopol.

R e v. ac Perdoct. D. J A C O B U S L U S T R I C K ,  
Carn. Locopol.

P e r d o c t. D. A N T O N I U S W E R N I G , Carn.  
Locopol.

*Philosophiae in secundum Annum Auditores.*

---

L I T E R I S E G E R I A N I S.

746 623

УЧЕБНИК  
СИГИЛЛІ

9000

IN AULA ACADEMICA ARCHIDUCALIA

SOCIETATIS IESU CONFIRMO EVVAGI

anno M DCC LXXXII

Ex-PRAEAMBULATIONIBUS

Ex. S. GREGORII SCHOLAE

Ex. T. BELL. RIG. PUPP. & Q. Q.

AUTOCITATIONIBUS

LIBRARIUS ac PERGOG. D. CATHARINA B. D.

comes ap. AURELIANAE. Cuius Medicinae

e Secur. E. I.

Rey. ac PERGOG. D. BENEDICT. ENNIO. Cuius

Toccober

2179/1952

Rey. ac PERGOG. D. VICOBUS LUTATRIK


Cuius Toccober

Rey. ac PERGOG. D. ANTONIA WERNIG. Cuius

Toccober

Rey. ac PERGOG. D. ANTONIA WERNIG. Cuius

PITTORE BEATAVIMA



**Q**uid Philosophia moralis? quid ejus objectum? finis?  
subjectum? quæ ejus partes? in quo a Theologia naturali & morali differat? quæ ejus utilitas?

Quid status hominum physicus? moralis? primigenius?  
adventitius? simplex? compositus? quæ status primigenii  
proprietas? quid status naturæ puræ? integræ? innocen-  
tis? lapsæ? reparatæ? an appetitus sentiens natura sua ra-  
tionali subjectus sit? an homo natura sua mortalis?

Quid & quotuplex finis? quid felicitas perfecta? natu-  
ralis? supernaturalis? objectiva? formalis? quid bonum,  
& quotuplex? quid bona corporis? animi? fortunæ?

Quid actio & passio? quid actio interior? exterior? na-  
turalis seu physica? humana seu moralis? quæ actionis hu-  
manaæ principia? quid voluntarium? quæ ad rationem vo-  
luntarii requirantur? quid voluntarium directe? indirecte?  
positive? negative? perfecte? imperfecte? expresse? inter-  
pretative? quid involuntarium?

Quid ignorantia vincibilis? invincibilis? juris? facti?  
antecedens? comitans? subsequens? quid violentia, seu vis?  
quibus actibus inferri possit? quid metus? quid metus gra-  
vis? levis? juste, injuste incussum? antecedens? comitans?  
quid concupiscentia antecedens? & consequens?

Quid moralitas? quid actus bonus & honestus? malus & inhonestus? quotuplex moralitas? an actus moralis fieri debeat cum cognitione regulæ? quæ moralitatis principia? quid actus indifferens in specie? quid indifferens in individuo?

Quid synteresis? conscientia, dictamen rationis? quid conscientia antecedens? consequens? libera? serva? tenuera? laxa? theoretica? practica? directa? reflexa? certa? dubia? an ad recte agendum requiratur dictamen certum? quid in dubio agendum?

Quid imputatio? quid imputatio facti & juris? quomodo fiat? in quo foro? quarum rerum notitia ad eam prærequisitur? quod ejus fundamentum? an imputentur impossibilia? actiones naturales? eventus fortuiti? sensiones, & imaginationes? somnia? an facta defectu rationis? ex ignorantia? ex concupiscentia? ex violentia? ex metu? quibus de causis actiones alienæ imputentur?

Quid nomine juris & legis veniat? quid proprie sit lex? quomodo differat a consilio? pacto? dogmate? proposito? quæ legis divisio? quæ normæ actionum proprietates? quotuplicia juris naturæ præcepta?

Quid obligatio? quid perfecta & imperfecta? active & passively sumta? an obligatio sit sola ratio ad agendum determinans? an consistat in spe commodi ex actionibus bonis oriundi & metu incommodi actiones malas consequentis? an obligatio a motivo distinguenda sit? an debeat proficiencia superiore? an jus ex obligatione, vel contra obligatio ex jure oriatur? an leges naturæ non in foro tantum interno, sed etiam externo semper obligent?

Quid sanctio? quid & quotuplex præmium & poena? in quo vis major in præmio an in poena? quid jus naturæ affir-

affirmativum & negativum? quot modis lex in genere mutari dicatur?

Quid & quotplex officium? quid naturale? positivum? affirmativum? negativum? internum? externum? quid officia erga Deum theoretica & practica? quomodo Deus amandus? quo timore timendus? an post culpam reconciliandus? quid & quotplex Dei cultus? quis ordo officiorum erga se? quis ordo officiorum erga Deum, se, & alios? quid directa, & indirecta sui occisio? quis iniquus vitae aggressor? quale periculum ad moderamen inculpatæ tutelæ requiratur.

I.  
Finis ultimus hominis est Deus, seu manifestatio Divinarum perfectionum.

## II.

Perfecta quoque hominis felicitas, eaque naturalis est Deus pollidendus per cognitionem & amorem.

## III.

Ignorantia antecedens, & invincibilis tollit voluntarium: non tollit subsequens & vincibilis: comitans vero nec facit nec tollit.

## IV.

Metus non tollit voluntarium, et si ut plurimum aliquid involuntarii actui aspergat.

## V.

Còncupiscentia antecedens non minuit, sed auget voluntarium.

## VI.

Nullus esse potest actus omnino indifferens in individuo.

## VII.

## VII.

Dictamen conscientiae etiam in errore invincibili sequendum est.

## VIII.

Datur aliqua Norma seu Regula naturalis actionum humanarum.

## IX.

Extat Lex naturae ad actiones liberas eidem normae conformandas stricte obligans, quae proprie jus naturale vocatur.

## X.

Norma actionum humanarum, seu Lex & Jus naturae est voluntas Dei necessaria per rationem naturalem promulgata, & obligans hominem ad agendum, vel omittendum ea, quae solo naturali lumine cognoscuntur esse præcepta vel prohibita.

## XI.

Præcepta juris naturae prima & generalia, nec non particularia, claram & perspicuam cum generalibus connexionem habentia, ab homine rationis compote ignorari non possunt.

## XII.

Illa vero particularia, quae hanc claram & perspicuam cum generalibus connexionem non habent, possunt ignorari.

## XIII.

Deus ut supremus Legislator, Remunerator, & vindic ignorari nequit.

## XIV.

Leges naturales quandam jam in hac vita sanctionem, veram quidem sed imperfectam adnexam habent.

## XV.

XV.

Perfectissima legum naturalium sanctio alterius vitæ est, futuræ scilicet post mortem mercedis.

XVI.

Jus naturæ est immutabile, ita ut nec Deus, nec potestas humana in eo dispensare possit.

XVII.

Non internus modo, sed externus etiam Dei cultus jure naturali præceptus est.

XVIII.

Non licet se quamcunque ob causam directe occidere, nisi Deo jubente.

XIX.

Violenta vitæ defensio cum cœde iniqui aggressoris servato moderamine inculpatæ tutelæ regulariter permitta, non tamen præcepta est.

XX.

Permitta quoque est violenta contra vim injustam defensio bonorum naturæ & fortunæ: famæ vero & honoris defensio cum cœde iniqui aggressoris jure naturæ illicita est.

O. A. M. D. G.



VII

Perfessilius lego pietatis tuncq; illuc  
sumis tollite post mortem resurrectio  
XVIII

Insultis se fumigatis, in in nec Deas, non poteris  
fus purum si ex qibuscus ergo  
XIX

Non insursum modo, sed extenuat eis ut Dei certe iuste  
descipit pietatis si

XX

Non licet et desideria tua de cœliq; dignitate  
nisi Deo impetrare  
XXI

Vivere aliq; degenerio cum eis pundi suppeditare tibi  
aut modisq; iniquis tuncq; leonizat hancq;  
non tam pietatis si

XXII

Permisis duxere et auctoritas nostra cum dignitatem defens  
te puerum sicut & fortunam: tuncq; aero & ponente  
separatio cum eis inuidi pugnare non tam difficile est

O. A. M. D. G.



